



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

An pœnitens sibi commutare possit pœnitentiam à Confessario injunctam,
§. 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

ser totum negotium colligen-
dum est ex intentione confessa-
rii? *dimponentis* pœnitentiam:
si enim ex conjecturis colliges
ejus intentionem solum fuisse
ad substantiam operis, etiam
cessante circumstantia, dum
hanc non potes, illam debes, se-
cus non item.

d De Lug
cit. n 94.

C A P V T III.

De commutatione Pœ-
nitentiæ.

§. I.

*An Pœnitens sibi commutare
possit pœnitentiam in
Confessario in-
junctam.*

Dico non posse. Ratio a *Sanct.*
est, tum quia nemo po- *Regan Co-*
est commutare præceptum Su- *ninc, ali-*
perio-

que quos
cit. sequi-
turque De
Lug. d. 25.
de pœnit.
sect. 6. n. 9
quidquid
dicat Por-
tell. &
Dian. cit.
ib. ab eo-
dem n. 36.

perioris, etiam in melius; v. gr. non potest fidelis commutare auditionem Missæ die festivo in opus quodlibet illa auditione excellentius: quia non est Superior. Tum quia in casu nostro illud opus quod à Confessario imponitur, elevatur virtute clavium ad hoc, ut sit opus Sacramenti, non verò illud à te susceptum.

16 Dices. At est sententia probabilis, quod quilibet possit sibi commutare votum in opus æquale, vel saltem in melius. Respondeo, in voto ipse vovens est loco Superioris sibi legem voti imponens; & opus ex voto non debet elevari virtute clavium, quæ aliter se habent in casu pœnitentiæ, ut dictum est,